

Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

701. An, & qualiter resignatio debeat esse libera & spontanea.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

mandasset. col. 3. ubi is dicat, quod si Procuratoris aliquid interest, Dominus non liberabitur ab interesse proper revocationem, quia Procurator non est certificatus, & ideo mandatum adhuc durat ad effectum, ut constituens tenetur ad interesse mandatarii. Similiter, ut Tond. loc. cit. n. 28. respectu illius, cum quo Procurator aliquid ges sit, durat mandatum ad effectum consequendi damna, & interesse usque ad tempus revocationis intimata, adeoque tenetur constituens ad damna, sive consistente in expensis, sive in aliis damnis.

2. Respondeo secundò: In casu præsentis Principalis tenetur solum ad interesse intrinsecum, veluti sunt expensis facta pro expeditione ad Ur brem, pro Nunciis, Cursoribus, alius similibus; non verò ad interesse extrinsecum, seu extra rem. Tond. loc. cit. n. 34. juxta regulam, ut ait, generalem DD. in l. si quando. c. unde vi. & nominatim Fumei in tr. de eo, quod interest. n. 43. & seq. nempe quod quotiescumque aliquis actus fit lege permit tente, & dando operari rei licita, solum esse intrinsecum debet. Porro tradit Tond. à n. 31. cum interesse illud, utpote consistentis potius in facto, quam in jure difficulter sit probationis, taxari & liquidari debere juxta qualitatem personarum, locorum, ac temporum, adeoque in hoc, ut Mel noch. de arb. casu 116. n. 20. multum possit arbitrium judicis.

PARAGRAPHVS X.

De Resignatione facta vi, metu, dolo post spolium.

Questio 701. An, & qualiter resignatio debet esse libera & spontanea?

R Espondeo: Debere esse liberam, & spontaneam, seu voluntariam in hoc sensu, ut neque vi, seu metu, neque fraude, vel dolo sit extorta. Garc. p. II. c. 3. n. 143. Castrop. de benef. d. 6. p. 2. §. 5. n. 1. Azor. p. 2. l. 7. c. 26. q. 1. Paris. l. 13. q. 1. n. 1. ubi: quod inter alia requisita bona ac validæ resignationis illud obtinet principalem locum, quod debeat esse libera ac voluntaria, juxta c. ad audienciam. de tis, qua vi metusse causâ sunt. c. Abbas. c. ad aures. tit. cod. c. accepta. de restitu. spoliat. quibus, ut & aliis textibus resignatio beneficii metu extorta graviter improbat; metus siquidem liberæ voluntati contrariatur. Paris. loc. cit. n. 7. & Card. Paris. conf. 24. n. 29. vol. 4. & dolus consen sum excludit. Paris. l. 9. q. 3. n. 7. dolo enim deceperus non dicitur consentire. Paris. ibid. n. 9. ex Card. Paris. conf. 100. n. 72. vol. 1.

Questio 702. An igitur resignatio metu facta sit nulla, & in specie, si juramento sit vallata?

R Espondeo primò: Esse nullam. Garc. loc. cit. Card. de Luc. de benef. d. 78. n. 6. ubi: quod positâ probatione metus, vel coactionis resulat nullitas actus resignationis. Paris. cit. q. 1. n. 3. ubi: communis schola Canonistarum, & Legistarum concludit, resignationem factam metu esse nullam. citat pro hac communis sententia AA. quamplurimos, probatque illam citatis q. præced. textibus illis quatuor.

2. Respondeo secundò: Citra omnem dubitationem est nulla in hoc sensu, quod facta careat omni labore firmatatis, Castrop. loc. cit. n. 2. Paris. cit. q. 1. n. 5. constat ex citatis textibus; arque ita in terminis generalibus, quod, quæ vi metusse causâ sunt, carere debeant labore firmatatis, dicitur in toto titulo ff. & cod. de his, quæ sunt vi metusse causâ. Pari modo, qui metu cogente Procuratorem constituit ad beneficium resignandum, ipsa constitutio sit nulla (etiam ut expressè Paris. ipso jure) & quidquid agit, planè improbat à Jure, Paris. cit. q. 1. n. 47. Azor. loc. cit. citantes Abb. & Host. in cit. c. Abbas. neque in revocatione talis Procuratoris ex metu constituti opus esse, ut ipsi Procuratori vel Resignatario (adde nec Superiori, coram quo facienda resignatio) fiat intimatio, sed posse etiam clam revocari tradunt idem.

3. Ampliatur responsio, ut procedat in cuius cuncte demum beneficiorum, seu dignitatis, etiam maxima, resignatione interveniat metus. Paris. cit. q. 1. n. 8. & 9.

4. Ampliatur secundò, ut nulla sit in dicto sensu resignationis, à quoconque demum metus inferatur, sive à Laicis, sive Ecclesiasticis quibuscumque, puta à Cardinalibus, ab Episcopis, coram Vicariis, aliisque Ordinariis, Prælatis, Collatoribus, sive ab extraneis, sive à parentibus. Azor. loc. cit. Paris. cit. q. 1. à n. 10. singula stabiliens multis AA.

5. Ampliatur tertio, ut procedat, etiam si collatio de tali beneficio ex metu resignata facta jam sit alteri. Paris. n. 46. citans Ruin. conf. 121. vol. 4.

6. Ampliatur quartò, & responderetur ad alteram questionis partem: ut jure repreheneretur, infirmetur, & in dicto sensu sit nulla resignatio, etiam si juramento sit firmat, dum nimirum (ut Paris. n. 16.) ex metu juravit quis renunciare beneficium, vel in resignatione juravit, se non repetiturum illud, Castrop. loc. cit. n. 2. Azor. loc. cit. Paris. cit. n. 16. citans Butrio. in cit. c. ad audienciam. Navar. in c. accepta. de restitu. spoliat. quibus, ut & aliis textibus resignatio beneficii metu extorta graviter improbat; metus siquidem liberæ voluntati contrariatur. Paris. loc. cit. n. 7. & Card. Paris. conf. 24. n. 29. vol. 4. & dolus consen sum excludit. Paris. l. 9. q. 3. n. 7. dolo enim deceperus non dicitur consentire. Paris. ibid. n. 9. ex Card. Paris. conf. 100. n. 72. vol. 1. Ne tamen hinc communis conclusionis obliteret textus c. ad aures. de his, que vi, &c. ubi dicitur: Tua igitur discretioni presertim innoscet, quod renunciatio facta ad terrorum Laiorum (nisi forte juramento, vel fide interpositum confirmata) non impedit, quod minus is, qui renunciatur Ecclesia, ad eujus regimen prius erat electus, praeficiatur eidem, &c. ne inquam textus ille obliteret, dicendum, requiri tamen, & necessarium esse, ut talis à juramento Superioris auctoritate absolvatur ad effectum, ut possit agere, & petere, & redire ad beneficium metu reuniendum cum juramento. Azor. loc. cit. Paris. cit. q. 1. n. 29. quietiam n. 28. cum Nav. in c. accepta. de restitu. spoliat. in 6. opposit. n. 6. ait, hanc esse veram ad dictum textum response, ut dicatur textus ille procedere ante absolutem à juramento, ita ut, nisi eam obtinuerit, non possit illi Ecclesia præfici (seu reponere denuo, & redire ad beneficium; etdem enim utriusque est ratio; quamvis vel hinc aliam ad citatum textum response, perant alii, quam sustentabilem dicit Paris. n. 26, nimirum illum qui de resignatione juris ad beneficium; quis loquitur de jure quærito per electionem, in præsentia autem agatur de jure in beneficio resignato, quod difficultas tollitur) sive juramentum factum fuerit metu ad resignandum, & dein secuta resignatio, sive facta fuit resignationis ob merum, & dein interpositum juramentum de non reperendo.

Nam